

2

SERMO

EXCELLENTISSIMI AC REVERENDISSIMI,

DOMINI,

Dn. ANDREÆ

OLSZOWSKI,

Episcopi Culmensis & Pome-
sanæ Pro-Cancellarii Poloniæ

ac Legati Regii

Ad

Ordines Civitatis Regiæ Gedanensis
antequam

Sacræ Regiæ Majestati Poloniæ

Fidelitatis & Submissionis

Juramentum præstarent

Anno Dni. M.DC,LXX, die 9. Junii.

SERMO

EXCELSISSIMO AC REVERENDISSIMO

DOMINI

Dr. ANDRZEJ

OLSZOWSKI.

Episcopi Culmensis & Pom-

148 III XX E

lone Pro C

85. 10. 1858

ac Legatus Regii

Ad

Ordines Civitatis Regie Gedanensis


anagram

Sacrae Regiae Majestati Polonicae

Fidelitatis & Submissionis

juramentum praestant

Anno Domini MDCCLXX, die 2. Junii.



*Nobiles Domini, Spectabiles &
Famati Viri.*

Ponit feliciter pedem,
in Regiâ Gedanensi Urbe,
MICHAEL Rex; atqve
hunc portum fidissimæ pu-
blicæ Stationis, has dedecori
clausas, honesto patentes portas, hæc mænia
nullo derelictæ fidei temerata contactu,
hoc innocens primæviq; Sacramenti & an-
tiqvæ Virtutis retinens Forum, Prætorium,
Comitium, Vicariô per Me adventu libens
securusq; ingreditur. A Gentilitiæ suæ Lu-
næ

næ Stellæq; motu, & splendore, eam mutua-
tur, inq; mores suos Vim deducit, ut prope-
rante cursu, simul beneficò influxu; Regni
sui membra invisere, Coronati Capitis lu-
cem ubiqve ferre, noctem mentium discu-
tere, inprimis destinet, ac Regium vel ma-
ximè existimet. Qvod Romanus ille, de
sua Africa, idem non minùs rectè Sacra Re-
gia Majestas, Dominus Meus Clementissi-
mus jam nunc usurpet, TENEQ TE PRUSSIA,
cum Civitates Majores, opibus amplas, mœ-
nibus validas, dignatione eminentes, ædifi-
ciis publicis privatisq; magnificas, Incola-
rum copia & cultu elegantes, non jure dun-
taxat & titulo; sed Imperii velut manu &
potestate Regiâ apprehendit. Sed præcipu-
am curam & affectum Regium in se vertit
Urbs Gedanum,

Sydnus

*Sydrus Borussæ Gentis, Hyperbo-
reiq; Regina Cæli.*

Ut Polonus Vates de Vobis cecinit; quam
ubi semel venerabile fidei Numen intravit,
vestigia nulla retrorsum, abeuntis aut aver-
sæ, spectare vel legere sit. Viget vigebitq;
in fama gentium, in æternitate temporum,
Constantiæ Vestræ immortale exemplar,
cum in oppresso undiqve Poloniæ Regno,
omnia pro præmio & præda hostes habe-
rent; Vos non dubitastis publico præcipi-
tio, animos, fortunas, corpora supponere,
Principem & reliquam Regni fortunam in
finu Urbis fovere, lasso & fracto Militi opem
operamq; commodare, postremo vilius
cuncta habere, quam fidelitatem non ha-
bere. Nec dum planè Arctoi Leonis oc-
culi cuniculi, aut apertæ Machinæ subfede-
runt,

runt, quibus hæc non Civium Curia, sed fidelitatis templum petebatur, impetebatur; frustra;

*Vos neque callidum perrupit aurum, nec dolosi
Fulmina blanditiæq; belli.*

Sed hæc aliaq; laudum vestrarum, prosequi, aliis uberior copiâ & otium, mihi interim Mandata Regia, & Legationis meæ summam decenter exequi negotium est. Differri ultra non oporteat præstandum publicè, à Nobilibus, Spectabilibus Famatis Dominationibus Vestris, fidei & Subjectionis debitæ Juramentum, quod prius, libenter & publicè Sacra Regia Majestas præstare non distulit, cum recenti Electione Varsaviæ,

mox

mox felici inauguratione Cracoviæ, ad Sa-
cras utrobiq; Aras solenni ritu in Jura, liber-
tates, Privilegiâ Universi Regni, Provincia-
rum, Civitatum, sanctè juravit, eadem Privi-
legia Vestra, Regiâ manu & Regni Sigillo
clementer munivit, tranquillâ & florentis Sta-
tûs Dominationes Vestras securas effecit.
Quod igitur lætum & gloriosum Sacræ Re-
giæ Majestati, quod amplissimæ isti Civitati
felix, auspdatum, & salutare eveniat, hoc
agite Senatus, Populusq; Gedanensis, ut de-
votos devinctosq; Regiæ Majestati Domi-
no Vestro animos, magis etiam more mayo-
rum firmetis, fidem indubitatam licet, reli-
gione Sacramenti Regi & Regno arctius ob-
stringatis; Hoc Ego dum Nomine & Man-
dato Sacræ Regiæ Majestatis, Domini No-

stri

stri Clementissimi à Nobilibus, Spectabili-
bus, Farnatis, Dominationibus Vestris requi-
ro, Eisdem gratiam & Clementiam Regiam,
Jurium, Privilegiorum, Immunitatum, inte-
gram conservationem, publicâ Com-
missionis meæ autoritate
appromitto,

